

Davidi Paréo Philippus Glincker S. D. P.

de Ho 1575.

223/

De rebus meis, quod ad Te perscribam, optime mi Parée, certi  
nihil habeo, cum Eberhardo enim adhuc suspensus teneor. Con-  
cionatus est semel ubiq; nostrum, ego in urbis templo, quod  
Martinianum vocant die veneris, quo templum nostrum etiam  
patere solet, homing Eberhardus vero in Monasterio. Incer-  
titudinis autem hujus causa est Ecclesia staty satis turbata  
& confusus. In constituenda Ministerij conformitate multum  
laboratur, Senaty civitatis se hactenus facilem satis prae-  
buit, nobisq; magnam spem adificationis ac tranquillitatis fecit, tan-  
tisper dum ad rem ipsam ventum esset, et jam jam initium  
reformationis fieri deberet, ibi tum tergiversari, et civium  
rebellionem praeferere incipiunt Senatores. Repente se in  
maximam contumaciam prolabantur. Etsi vero in mutatio-  
nem finaliter consentire, ac principi debitam obedientiam  
verbi audita prestare, atq; hoc modo fidem datam servare pro-  
sus recusaretur, utut multum Comite generoso tanquam  
Principis Electoris Legato, atq; gravissimis minis instante et  
urgente. Nihilominus die Sabbathi, qui Trinitatis dominicam  
proxime antecessit, decretum fuit, jam dicta dominica sequen-  
te ipsorum templum occupare, et docendi principium facere  
per h. Lupichium, cui injunctum fuit, de singulis religionis  
capitibus confessionem edere, posthabito periculo, quod civem  
minitabantur. Sed oclusum fuit templum, quod equidem liben-  
ter vidi, alioqui res tumultum parere, et haud absq; periculo  
esse videbatur: Per illud igitur impedimentum concio habita  
est in Monasterij templo ab Eberhardo mane, qua concio  
ejus alioqui in vespera eius dominica dilata, atq; in urbis  
templo facta esset. Casus autem iste, vel potius obstinata malitia  
& summus contemptus Optimi Principis subitò procul Electori  
maturè significabitur, ejusq; mandatum et consilium expecta-  
bunt Legati; interim nihil in hoc negotio ab ipsis statui vel  
promoveri posse credo. Non nihil, mihi crede, ob Ludovicum  
Principem in hac causa est difficultatis, qui non obscure signi-  
ficationem dat institutum hoc sibi nequaquam placere, et se  
maximè velle impeditum iri. Eius auctoritas apud cives longe  
major est, quam Electoris, cujus mortem in singulas horas ex-  
spectant ab illis et expectant. Interim sunt huc multi boni et pii,

non tantum Consilium doctrinam et pietate. prestantes et eximii,  
qui religionem cum uxoribus amant et profitentur, idque non sine  
infamia, atque ministerium maximo honore. prosequuntur, et  
se in Pastores liberalissimos exhibent, sed etiam cives non pauci  
sunt, qui conciones seculo audiunt, longe vero plures, qui liben-  
ter accederent, et reformationem avidam expectant, nisi Nicodemus  
pudor illis obstaculo esset, in lacem prorumperent. Omnium hono-  
re miseret, quorum caussa maxime vellem tenebras exire, et  
expelli huc, licentiaque verbi divini splendere. Subita est haec im-  
mutatio, mi frater, ne igitur mireris harum literarum diver-  
sitate a proximis: brevis heu, ut Ecclesia sua pacem, tran-  
quillitatem et progressum largiatur, quam mundus conatur facere  
irritam. Ego impios furores cohibeat boni pater. Rebus vero  
sic pendentibus huic vocationi nequaquam subscribere. statui, nec  
fortassis a me possetur. Uxori meae nolui haec indicare, ne  
quid timeat, sed bene sperare. ipsam jubebo, Nobis dum nihil est  
periculi. Haec te scire volui, si qua plura cognoscere velis, ex  
fratre Schillingo poteris, qui ipso hoc tempore supervenit hisce  
accidentibus. Mea Ecclesia, quam nostri cum Christo conjun-  
ctionem spectans, meam dixi, tibi usque ad meum reditum cura  
erit. Literulas has meae uxori tradi cures, queso. Vale feliciter  
cum uxore amantissima tua, frater integerrime, et nobiscum  
doleas propter adversum et imperatum hunc casum. Spes longe  
uberior facta est de hoc negotio a nonnullis Principi, alioquin  
meo iudicio hoc non tentasset. Saluta fratres nostros, praesertim  
Dominum superintendentem et Affinem tuum, si proceat insti-  
tutum plures auersentur et cum primis hominum hanc  
Kaptm Amberga Dominica Trinitatis Anno 1575.

Tui addictissimus  
Philippus Glinkerus.  
Pietate et Eruditione. Eximio Viri  
Dno Davidi Barco, Ecclesia Hemb-  
bacensis Pastori vigilantissimo, Amico  
suo integerrimo.

224)

D. Lauathone Christianus Vurstening S.  
Sed diu charissime D. Lauathone, ad tuas respon-  
dere literas cessavi, nescio quibus impedimentis  
districtus, nunc mihi commoditas data est, per  
eruditos hosce juvenes, natione Bohemos, qui